Kepler, Johannes: Tabulae Rudolphinae, 1627

zu Bild Nr.
075
073
079
069
084
064
124
024
174

ſunt unicæ, ad annum ſcil. 1600 poſt Chriſtum completum. Igitur ſi tempus proponitur, poſterius anno 1600, ratio collectionis non differt ab hactenus traditâ: ſin prius; exquirendum erit intervallum, id inter & annum 1600, ſubtractis annis Incarn. minoribus, à 1600, additis annis ante Incarn. ad 1600. Tunc cum millenariis centenariis & ſingulis infra 100 fit collectio: ſumma collecta aufertur ab Epocha, quam Fixa propoſita habet in Catalogo. Aliter etiam ſic. Collige locum primæ ♈, ut unius ex Planetis; eiq; loco adde arcum diſtantiæ fixæ propoſitæ à primâ ♈, quam illa habet in Catalogo. In Fixarum quidem & Apogæi Solis millenariis ultimis anguſtia ſpacii, quod initio non ſatis conſultò ſumus admenſi, redegit nos ad numerationem Graduum non in ſigna collectorum, ſed continuam: & in Apogæo, Secunda per notas partium aſſis fuerunt exprimenda Ergo qui his ultimis millenariis vellet uti, prius deberet reducere excerpta ad numerationem uſitatam: ſic etiam pro charactere ſigni, in quo invenitur Punctum illud tardum, ſcribet numerum ſigni antecedentis completi, ad ſiniſtram, ut fieri poſſit additio commoda.

Vt Cap. XIV.

Vide Cap. I. fol. 9.

Excipe ſecundò Nodum Lunæ. Nam quia is eſt retrogradus, ut annotatur in Fronte ejus motuum: pro Epocha ejus, ſcribe complementum ad circulum, eoq; utere loco Epochæ: factâ verò additione, pro ſumma rurſum ſcribe ejus Complementum ad circulum. Seu quod eodem recidit: motus nodi Lunæ excerptos cum millenariis, ab Epocha elapſis, cumq; centenariis, & ſingulis infra centum, itemque cum minoribus temporibus, hos inquam motus ſeorſim conjice in unam ſummam, quam aufer à numeris ipſis Epochæ exſcriptis.

EXEMPLUM IN ANNIS ANTE CHRISTUM.

Sint colligendi motus medij ad diem 24 Iulij anni 3993 ante Chriſtum currentis, horam 0°. 33′. 26″ poſt Meridiem Vraniburgicum æquabilem. Invenitur ergo Epocha proximè antiquior 4000. hinc ablato numero anni 3993 ante Incarn. currẽtis, qui per ſuprà dicta biſſextilis eſt, relinquuntur anni 7 completi. Quare operatio erit talis.

fol. 43.

	Pro ☉	Solis ab æquin.	Apogæi ☉
A.	*Epocha 4000 dat*	8.8.36.21	29.52.15 ♓
B.	*Anni comp. 7. dant*	11.29.18.49	0. 7.12
C.	*Iunius completus*	5.28.24. 8.	30
D.	*Dies 24. currens ut completi, quia Febr. biſſ.*	23.39.20	4.
E.	*Horæ 0.33′, i.e. 16, 17-*	1.21	
F.	*26″ dant ---*	1	
	Ergò locus ☉ medius	0. 0. 0 ♋	0. 0. 1 ♈

	Pro ♄	Aphelii	Nod.
A.	3. 3. 0.43	28.14.34 ♌	29.50.59 ♓
B.	2.25.37. 9	8.50	8.20
C.	6. 3.47	37	36
D.	48.14	5	5
E.	3		
Ergò ♄ l.m.	5.29.56 ♎	28.24.6 ♌	0. 0.0. ♈

	Pro ♃	Aphelii	Nodi.
A.	1.17.32. 0	23.28.22	29.59.34
B.	7. 2.28.45	5.30	25
C.	15. 2.47	23	1
D.	1.59.42	3	
E.	7		
Ergò ♃ l.m.	7. 3.21 ♑	23.34.18 ♋	0. 0.0. ♋

	Pro ♂	Aphelii	Nodi
A.	3. 3.45.38	14.51.35 ♉	14.55. 0
B.	8.19.31.27	7.49	4.39
C.	3. 4.51.24	33	20
D.	12.34.40	3	1
E.	44		
Ergò ♂	10.43.53. ♋	15.0.0 ♉	15.0. 0. ♓

	Pro ♀	Aphelii	Nodi
A.	11.16.23.40	29.50.11 ♍	29.54. 5 ♓
B.	4.15. 9.21	9. 6	5.29
C.	9.19.57.37	38	23
D.	1. 8.27. 8	5	3
E.	2.12		
F.	2		
Ergò l. ♀ m.	0. 0. 0 ♋	0. 0. 0 ♎	0. 0. 0 ♈

	Pro ☿	Aphelij	Nodi
A.	7.10.49.41	29.46.47 ♊	29.49.16 ♐
B.	0.20. 8.17	12.14	9.57
C.	0.20.43.19	52	42
D.	3. 8.13. 2	7	5
E.	5.38		
F.	4		
Ergò ☿ l.m.	0. 0. 1 ♈	0. 0. 0 ♋	0. 0. 0 ♑

	Pro ☽	Apogæi	Nodi ☊	
A.	2. 2.37.10	7.22.23.43.	7.26.12.38	Epoch.
B.	6.18.51.53	9.14.45.47.	4. 3.47.22	Compl.
C.	7.14.55.39	0.20. 9.55	4.15.21.12	
D.	10.16.14. 0	0. 2.40.26	0. 9.35. 6	
E.	18. 7	0. 9	0. 1.16.15	
F.	14		0. 4	
Summa	2.22.57. 3.	6. 0. 0 0.	8.29.59.59	Summa.
			3. 0. 0. 1	Compl.
Ergò ☽ l.	22.57.3 ♊	*Ap.* 0.0.0 ♎	☊ 0.0.1 ♋	

	Pro prima ♈	Pro Arg-to Obliquit.	
A.	8.16.58 ♒	5.28.58.40	Tab. f. 42.
B.	5.57	56.44	Tab. f. 104.
C.	26	4. 3	
D.	4	33	
Summa	8.23.25 ♒	*Summa* 6. 0. 0. 0	

Super hoc ſitu & diſpoſitione carcerum, unde motus omnes proſiliere, locus eſſet ampliſſimus philoſophandi: ſi materia inſtituta pateretur. Sed rejicienda eſt hæc ſpeculatio in tractatum alium; ubi rationes & fundamenta explicabuntur, ex quibus Epochæ Ptolemaici temporis erutæ ſunt. Nunc inſtitutum agamus.

EXEM-

Ende
Anfang

© Stadtbibliothek Ulm, 2018. Signatur: MNV 596;